

animum ad arrogantiam inducat, et ne
malus invidus me de adulacione redar-
quat, cum adhuc corporaliter vivat. Sed
si fecerit sicut hucusque fecit, citius defi-
ciet scriptoribus membrana quam boni seri-
bendi materia. Postea

his finis di. usque finis saec. XVIII.

Post di. 2. di. hinc transmissa
di. hinc transmissa
di. hinc transmissa saec. XV. XVI
a/ nigrante c.

Invidente dyabolo tinguente contra eum
dominorum aliquorum malicia et suorum
servorum ac sui generis inextinguibilis
cupiditas non valens sustinere expensas,
cum fuit liberalissimus, castra per eum ac
comitia et villas impignoravit, bona episco-
patus devastata sunt. Deficiente gazophylatio
in gloriose mortuus est non valens sue sepul-
chre honorem impendere debitum. Unde
de eo posset dici, quod legitur de beato
Augustino doctore: Testamentum nullum
fecit quia unde faceret pauper Christi
non habuit. Non mireremini hoc perle-
gentes, cum sancti viri multi quorum facta
proclamat tota ecclesia et multitudo
orbis et celi sydera, si fas est dicere, tali
forma $\pm$ vitam finiebant. Nonne David
rex, qui unico ictu 100 milia percussit,
persecutus a filio proprio grandem desolacio-
nem morti propinquam accepit. Alexander
maximus regnorum conquestor in fine vite
sue omnia ab eo sunt substracta. Talia
a Deo sunt permessa, ne tam arida facta
eos exaltaret, ambitione vel superbia vel illo-
nibus extolleret supra se proximi in contem-
ptum necnon et dei summi.
Hic sedis in episcopatu Metensi annis
17 et mortuus est Anno Domini 1382.
Sepelitur in ecclesia sancti Stephani Metensis.

x³ milia

fo. in c. interlinearis

q/ p^{ter}